B I B L I O T H E C A
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
T E V B N E R I A N A

AEGRITVDO PERDICAE

RECOGNOVIT

LORIANO ZURLI

EDITIO STEREOTYPA

EDITIONIS PRIMAE (MCMLXXXVII)



MONACHII ET LIPSIAE

IN AEDIBVS K. G. SAUR MMI

Die Deutsche Bibliothek – CIP Einheitsaufnahme

Aegritudo Perdicae / recogn. Loriano Zurli. -
Ed. stereotypa ed. primae (1987). -
Monachii ; Lipsiae : Saur, 2001
(Bibliotheca Teubneriana)
ISBN 3-598-71007-0

Druck: Winkler-Druck GmbH, Gräfenhainichen
Bindung: Buchbinderei Chr. Biener, Dessau

PRAEFATIO

1. De epyllio eiusque auctore quaestiones selectae[1])

Ae. Baehrens[2]), qui primus in lucem protulit epyllion 290 versuum, q. i. Aegritudo Perdicae (= AeP)[3]), persuasum sibi habuit id fetum esse ignoti quidem sed Africani poetae eiusdem fere ac Dracontii aetatis. fabulae de Perdicae amore incesto in matrem, quae epyllio enarratur, mentionem faciunt praeter Claudian. Carm. min. 8 Africani Dracontius (Romul. 2, 39–42) et Fulgentius (Myth. 3, 2). Africanam poesin locupletat et epigramma Anth. Lat. 220 R., quod iuxta artis usitata praecepta pulchritudinem Perdicae collaudat. a plerisque doctorum[4]), qui operam ad expediendam quaestionem de epyllii aetate ac natione contulerunt, variis de causis tribuitur epyllion postremae litterarum Romanarum aetati, quae in Africa ante a. 533 una cum Dracontio floruerunt. sententiam eiusdem Baehrens secutus Fridericus Vollmer[5]) modo epyllion ipsi Dracontio dubitanter tribuit, modo ad Feliciani grammatici, qui Dracontium erudivit, tempus et scholam rettulit. denique Guiliel-

---

1) Leviter cursimque attingo doctorum opiniones vulgatas, earundemque tantum quod ad Aegr. Perd. auctorem et compositionis aetatem attinet. praeter intentissime exquisitam neque adhuc omnino solutam de fontibus quaestionem haud curo etiam illam ancipitem qua ratione ignotus poeta usus sit in prioribus scriptoribus imitandis (quod nullo modo ab anonymi ratione ac disciplina imitandi seiungendumst) nec non plurimas alias minoris momenti, quas omnes singillatim in redigendo commentario excutere institui.

2) Ae. Baehrens, Unedirte lateinische Gedichte, I. Das Epyllion 'Aegritudo Perdicae', Leipzig 1877, 5–26; id., Poetae Latini minores V, Lipsiae 1883, 112–125.

3) Nota AP, qua consuetudo est epyllion significare, more tradito attribuitur Anth. Pal.

4) Doctorum editorumque dissertationes de epyllii aetate et auctore summatim exposuit C. Morelli, Sulle tracce del romanzo e della novella, II. L'Aegritudo Perdicae, Studi it. filol. class. N. S. 1, 1920, 75sq. n. 1. cf. etiam G. Barbasz, De Aegritudinis Perdicae fontibus, arte, compositionis tempore, Eos 30, 1927, 168.

5) Aliquot metricis similitudinibus praesertim nisus nec non v. 41 Romul. II, in quo Perdica memoratur, Fr. Vollmer ante (P. W. V 2, 1644) AeP Dracontianis Romuleis probabiliter addendum, post (Poetae Latini minores V², Lipsiae 1914, VIII) ad Aemilii Baehrens sententiam propius accedens, schola Feliciani exortum censuit.

mus Ballaira[1]) coniectavit AeP scriptum esse in Hispania Gothis regnantibus saec. fere VII a poeta, qui Dracontium imitatus esset.

2. De AeP codice

H AeP testis unicus est Codex Harleianus 3685, olim bibliothecae Peutingerianae, chartac., saec. XV, 294×210/215, ff. 166. codex, qui AeP textum a f. 21v usque ad f. 25v exhibet, Londinii[2]) asservatur.

Epyllii textus, ex sententia editorum doctorumque omnium artificio gravissimi, qualem **H** exhibet, tot tantisque vitiatur corruptelis, ut multi loci post iteratas et hercle sollertes plurimorum doctorum curas adhuc perpoliendi sint.[3]) certe nonnulli epyllii loci emendatione vel tantum explicatione etiamnunc egent, partim tamen sic corrupti videntur, ut vix aut omnino non sanari possint.[4]) nam praeter scripturae menda, de quibus infra ago, codex talia exhibet: unum vel plura verba omissa (non plus quam semel lacunae indicium extat in **H**), nonnumquam versus praetermissos; glossas atque interpolamenta; versus repetitos[5]); verba transposita et, quod plerique arbitrantur, versus traiectos; versus foede corruptos[6]); locos, quos ipse librarius modo probabiliter supplevit interdum rescripsit, et alia denique menda, quae omnia (additis quidem nonnullis vitiis prosodiacis et metricis, quae probabilius codicis menda quam auctoris licentiae sunt) in textu vel in adparatu indicantur.

---

1) Ad fata Dracontii, cuius libri amplius annis centum post mortem in Hispania lectitati, AeP rettulit G. Ballaira (Perdica e Mirra, Riv. Cult. Class. Medioev. 10, 1968, 219–220) nisus non modo stilo epyllii, quod vero hic et illic Christianum (ut cogito) redolet, verum etiam Augusti Campana (apud Ballaira n. 5) sententia, qui putavit scripturam visigothicam exstitisse in serie exemplarium, unde Harleianus noster ortus est.

2) Cf. A Catalogue of the Harleian Manuscripts in the British Museum, III, London 1808 (Hildesheim–New York 1973). brevitatis causa memoro tantum G. H. Pertz, M. G. H., Scriptores II, 1829 (1963), 465–466 et E. Dümmler, Zeitschr. für Deutsches Alterth. N. F. 9 (21), 1877, 84–85, qui de codice fusius disputaverunt. Dümmler quidem (ibid. n. 1) initia plurimorum poematum, quae liber continet, vulgavit. praeterea de codice plura invenies apud edd. Liutprandi nec non Ermoldi Nigelli aliorumque poetarum Christianorum veterum et aetatis Caroli Magni.

3) Quisquis AeP excussit haud dubie consentit cum Ballaira (219 n. 1), qui egregie scripsit epyllion esse „aspra palestra per una raffinata indagine testuale".

4) Primi potissimum AeP editores haud raro mendum curavere, cum eiusdem mendi rationem intelligere non curavissent.

5) V. 240–260 bis leguntur: primo scripti sunt post 79 et expuncti (**H**), iterum post 239 (**H**[1]).

6) Adde quod librarius, cum plerumque verbis corruptis deinceps scriptis faciem latinam (cf. Havet, Manuel, § 580) adeo praestitisset ut singula verba per se aliquid significent, nihil tamen in contextu, ad irritum redegit philologorum spem corrigendi emendandique textus.

Plerosque codicis errores e mendi ratione in haec duo genera congregare curavi: (1) errores vulgares (vel potius crassi), in quibus plerumque mens ac ratio desiderantur; (2) errores semidocti (hoc titulo significo lectiones variis de causis mendosas, quae tamen librario aliquam vim habebant vel bene sonabant vel etiam cum verborum contextu et metro congruebant). quod sinit nos adparatum purgare lectionibus librarii manu depravatis, quae certe nullius momenti sunt.[1])

2.1. Errores vulgares delegi et in classes sequentes distribui:

a pro *u* (Havet § 647): 169 *arguit* pro *urguet* (cf. tamen adpar.)
a pro *ū*: 31 *lapsa* pro *lapsum*: erroris ansam dant praecedentia *nota p gramīa*, cf. adpar.
fort. *a* s. l. posita loco movetur: 205 *a perdice* pro *perdice* (a s. l.)
ae pro *e*: 222 *ae moenibus* (*-us* compend.); 264 **pafiae* pro *Paphie*
e pro *a*: 53 *quem puer exc-* pro *quam puer exc-* (Havet § 710); 58 *celebat* pro *calebat* (Havet § 472); 289 *legetur* pro *legatur* (Havet § 485)
i pro *a*: 90 *facti* pro *facta*: errori fomitem aptant *memoranti* (corruptum cf. adpar.) et *venienti*, cf. Havet § 719
a pro *i*: 105 *flāmas* pro *flammis* (Havet § 485)
e pro *i*: 18 *redeunte* pro *redeunti* (vel *redeundi*); 22 **cecropeas*; 70 *fontes* pro *fontis*; 222 **vrbes*[2]) pro *urbis*; 234 **tristes* pro *tristis*: cum praecedenti *has* coniunxit librarius; 243 **netent* (Havet § 472)
i pro *e*: 3 **alis* pro *ales*; 121 *dis* pro *des*; **fatiri* pro *fateri*; 128 *illi* pro *ille*: praecedunt *tulit licet* (Havet § 488); 144 **inessit*; 152 *Yppocratis* pro *Hippocrates*; 165 **displicit*; 171 **pectori* pro *pectore*; 180 **himineos* pro *hymenaeos*; 251 **dimersis*; 282 *liti* pro *leti*
i pro *y*: 3 **satirus* (*-us* compend.); 27 **mirtus* (*-us* compend.); 30 **ptim pana* pro *per tympana*; 46 **cignus*; 180 **himineos* pro *hymenaeos*
o pro *u*: 35 *roborem* pro *ruborem*; 38 *locū* pro *lucum*, item 63; 83 *simolante* pro *simulante*; 147 **iecor*; **cobilia*; 156 *pulso* pro *pulsu*; 237 **osoperi* pro *o superi* (Havet § 718)
u pro *o*: 53 **tutis* pro *totis*, item 222; 81 *confudit* pro *confodit*; 126 **talamus* (*-us* compend.) pro *thalamos*; 127 **incestusqʒ torus* pro *incestosque toros*
u pro *d* (Havet § 633): 24 *tenuit* pro *tendit* (ego secutus Mariotti, RFIC 1969, 388)
u pro *i*: 17 *duri* pro *diri*, item 274 **durosqʒ* pro *dirosque*
u pro *ii* (Havet § 628): 26 *solus* pro *foliis*; 133 **radus*
u pro *ti* (Havet § 630): 5 *vbi* pro *tibi*
ui pro *iu* (Havet § 628): 180 *vincere* pro *iungere*
c pro *t* (Havet §§ 643, 656): 133 *citā* pro *Titan* (cf. et par. 3.1. *ci* pro *ti*)
sc pro *st* (est in codicis scriptura nonnulla inter *c* et *t* similitudo, magis etiam inter *sc* et *st*): 255 **discendunt* H[1] pro *distendunt*
st pro *sc*: 91 **ostula*
d pro *t* (Havet § 923): 142 *adqʒ* pro *atque*: alterum stimulum ad errandum potuit accipere librarius, si concedimus antigraphum *cientis* (vel *citantis*) pro corrupto *caciantis* (cf. adpar.) exhibuisse; 167 *dū* pro *tum*; 191 *ad* pro *at*
f pro *ph*: 194 **faretras*; 264 **pafiae* pro *Paphie*

---

1) Stellula insignivi lectiones (a Baehrens facillime emendatas), quas in Praefatione tantum memoro.
2) De *u/v* in **H** cf. de codicis orthogr. p. X.

f pro *s* (Havet § 623): 26 *solus* pro *foliis*
f pro *ff* / *ss* pro *s*: 26 **difussa* pro *diffusa*: *s* pro *f* iteratur, namque hae consonae et in codice nostro quam plurimum similes inter se (cf. Havet § 621)
l pro *i* (Havet § 637): 278 **lactare libet* pro *iactare l.* (Havet § 474)
m pro *n*: 192 **mimimā* (Havet § 492)
m pro *ñ*: 161 *momenta* pro *non omenta*: in antigrapho certe adv. scriptum *ñ* (vel *nō*)
s pro *r* (Havet § 625): 166 *scrutatus* (*-us* compend.) pro *scrutatur*: locum mendose scribendi dedit praecedens *factus* (pro *fatus*), cf. Havet § 503; 231 **disce* pro *Dirce*
r pro *s* (Havet § 624): 78 *mutaturq3* pro *mutatusque*: errori materiam praebuisse sequens *ore* censeo
t pro *r* (Havet § 656): 5 *testabat* pro *restabat* (Havet § 472); 15 **tu te* pro *ture* (Havet § 718)
r pro *t*: 256 **regimine* H[1] pro *tegmine* (Havet § 582 „De deux fausses lectures, l'une guide l'autre")
n pro *u* (Havet § 655): 125 *nox* pro *vox*
u consona pro *b* (Havet § 928): 82 *aceruo* pro *acerbo*
b pro *u* consona: 46 **amabit* pro *amavit*; 138 **vocabit* pro *vocavit*
n ⟨pro *u* et *u*⟩ pro *b*: 224 *supna* pro *supba*: erroris iter *supna* ⟨pro *supua*⟩ pro *supba*
-is pro *-us* compend. (Havet § 725): 248 *animis* H[1], *animus* (*-us* compend.) H: utraque lectio corrupta (legendumst *animos*); 250 *primis* pro *primus* (cf. adpar.)
-q3 pro *q*: 135 *cunctosq3* pro *c. qui*: mendi causa probabiliter *decoquiturq3*
h redundat (Havet § 1072): 183 **thoros*, item 199; 264 **nēphe*
h desideratur: 126 **talam-* pro *thalam-*.
consona gemina simplex fit: 210 **sagitas*; 246 **sucurre*
consona simplex geminatur: 38 *filo mella* pro *Philomela* (videlicet haec menda ad manum tantum scribentis minime pertinere).
titulum neglexit librarius: 45 *danae* pro *Danaen*; 46 *leda* pro *Ledam*
titulum ipse arbitrio suo addidit: 276 **vigorē* pro *vigore*: certe mendi rationem afferunt 275 *amorē* et 277 *mortē* haud secus ac *vigorē* in fine versus posita.
litterae supervacaneae: 11 *pollulat* pro *polluat* (Havet § 486); 19 **aethenas*; 50 **riuaumq3*: litteram *a* interponendi fomitem aptavit similitudo inter *a* apertam et *u* (cf. Havet § 647); 75 et 166 **factus* pro *fatus*: quasi consona geminatur, cum sint *c* et *t* similes inter se; 169 **pulsantibus* (*-us* compend.) pro *pulsatibus*; 259 et 271 *sit* pro *-st* (quod etiam 47 *sagittas* pro *sagittast* expedit, cf. Havet § 1372); 273 *portare* pro *potare* (Havet § 476)
litterae desideratae: 166 **fessa* pro *fessae*: coniungitur probabil. cum *constia* (sic H pro editorum *conscia*); 180 *es* pro *est*: similiter terminatur ac sequens *himineos*; 211 *dicas* pro *discas*; 224 **specie* pro *species*; 230 **alter* pro *altera*: praecedenti *fulgentior* adsimilatur
litterae depravatae: 27 **tectis* pro *testis*; 116 **depoctore* pro *de pectore* (Havet §§ 472, 657)
litterae transpositae: 90 *memoranti* pro *memor nati* (cf. Havet § 470 et infra); 245 **atrus* (*-us* compend. H[1]) pro *artus*.
syllabae omissae: 163 *se⟨ro⟩*; 243 **virgineo⟨que⟩*.
verba modo continenter scripta modo perperam disiuncta: 2 **saterant*; 30 **ptim pana* pro *per tympana*; 31 **fons que*; 38 **circūuolatalis*; 47 *Antiopasatorus* pro *Antiopam* ⟨*et* add. Vollmer⟩ *satyrus*; 59 *sole menso* pro *sol emensum* (Vollmer, alii alia); 60 **sextam agnū* pro *sexta magnum*; 73 *sol iste* pro *solis te*; 84 **regali alimina*; 111 **prodolor*, item 237; 115 *inmortale scire* pro *mortales cire*; 117 **secretam ei* pro *secreta mei*; 141 **per agunt*; 161 **sua sp* pro *suas per*; 232 **et iam*, item 240 H[1] (*et* supra lineam *iam* H); 248 *nitidas* pro *nisi das* (Havet § 673); **incarmia* H (recte H[1]); 267 **ab sumis*; 272 **sup est*; 276 **quo ue*; 286 *siccū*.
diplographia et reduplicatio litterarum, quibus idem vel similis tantum ductus:

14 *terrat templa* pro *cetera tem-*; 19 *pdica pdica* prave iterat. (Havet § 434); 44 **dicens solim*; 55 *v vibrā* (cf. adpar.); 105 *ardentis ardentia* pro *assiduis ard-* (Havet § 475); 115 *inmortal-* pro *mortal-* (Havet § 631); 126 *Et ipodent talam-* pro *Oedipoden thalam-*; 130 *noctu cura* pro *noctem c.*; 142 *tecta caciantis* fort. pro *t. cientis* (cf. adpar.); 163 **non nilia*; 210 **patereres sagitas*; 238 *certas fur-* pro *certa fur-*; 266 **deam mortalem* pro *dea mort-*; 281 *de cura amāti* pro *detur ama-*: non bene discretis *t* et *c* librarius consequenter seiunxit *de* et *cur*, unde *cura am-* legit (cf. Havet §§ 673, 582); 283 **praedixit tormenta* pro *praedixi t.*
praetermissio litterarum sequentium, quam haplographiam vocant: 58 *quo tempt-* pro *quod tempt-*; *opus et* pro *opus sed*; 62 **frondi sub* pro *frondis sub*.
errores plerumque vulgares interdum cumulantur: 14 *et terrat* pro *et cetera*: *ce* praetermittitur fort. propter similitudinem cum *te* (Havet § 441); 29 *amore ebebe* pro *-re Cybeben*: in *e-* pro *Cy-* scribendo multum praecedens nec non sequentes vocales potuerunt, in *-e* pro *-en* prioris verbi exitus valuit; 42 **pharetaqʒ* pro *pharetramque*; 60 *ortā* pro *hora*: an ansam dedit praecedens codicis *sextam* pro *sexta*? 110 **conpellata dire* pro *conpellit* (Rossberg; '*-lat* errore proecdosis' Baehrens PLM) *adire*; 137 **sollescit āmonuit* pro *sollicitam monuit*: verba perperam disiunxit librarius, qui *sollescit* similiter ac sequens verbum terminavit; 145 **pulosqʒ* pro *pulsusque*; 171 **yppogras* pro *Hippocrates*; 231 *coigne* pro *Chione*: *g* (= *n* e gutture edita) muta (cf. Havet § 1060) pertinet ad librarii pravam dictionem an huius consonae causa congruentia quaedam cum *glauce* extremi versus 230? 242 **ne uae* pro *niveae*; 247 **matiendi scribere* pro *maciem describere*.
adsimulantur haec: 16 *amore* pro *Amoris*: quantum ponderis habuerit 21 *amore* (item in fine versus) statera haud examinaverim; 34 *veneris* pro *veteris*: in errorem impulit *veneris* versus prioris; 73 *putos* pro *putas*: sequitur *lucosqʒ* (Havet § 713); 89 **dixisse* pro *dixere*: in *-isse* terminatur similiter ac 88 *venisse*; 124 *quid* pro *quibus*: errori locum aperuit (ut videtur) 123 *quid*; 133 *vndas* pro *umbras*: haud negaverim quoddam pondus habuisse 136 *vndas*.
scripsit, sed expunxit haec librarius ipse (Havet § 1219): 32 **dolores* (exp.) *colores*; 77 **virescunt* (*cunt* exp.) *tūc*.

2.2. Errores semidocti (Havet § 579 „Dans la réalité, rien de plus rare qu'une pure «faute graphique»").

Maximi momenti et ponderis sunt verba propiora ad erroris occasionem offerendam; etenim verbi propioris ratione habita librarius

(A) modo verbum pro verbo subiecit:

69 *haec* pro *et*: coniunctum cum sequenti *membra*; 90 *memoranti* pro *memor nati*: impulsu sequentis *venienti*; 91 *quaeqʒ* pro *quoque*: ad *oscula* (*ostula* exhibet cod.) adiunctum; 245 *retorsit defessos* pro *detorsit fessos*;

(B) modo verborum comprehensionem immutavit:

8 *perfida* pro *perfide*: sequitur *mater* (Havet § 497); 26 *quae* pro *quem*: sequuntur in **H** *ph. s. dafnae* (Havet § 498); 41 *illa* pro *illi*: sequuntur *conquesta venus* (*-us* compend.); 44 *telo . . . quo* pro *telum . . . q.*; 46 *qd* pro *quo*: casus mutati causa *aliud* putandumst (Havet § 496); 49 *vetera* pro *veteres*: cum *vulnera* coniunctum; 57 *relegata* pro *religat*: sequitur corruptum *cera*; 59 *sole menso* pro *sol emensum*: verbis librarius disiunctis (cf. supra) partic. in c. ablativo posuit; 83 *simolante figura* pro *simulante -am*; 104 *soli* pro *sola*: cum sequenti *tibi* coniunctum; 110 *corpora . . . *modica* pro *c. . . . modicam*; 141 *citi* pro *citae*: versus *mgr̄i* finitur; 172 *miseranda* pro *miserandam*: sequitur *voce*; 204 **docent* pro *docet*: praecedunt *verbaqʒ multa*; 207 *ar-*

dentes pro *ardenti*: praecedit *exaesas*, sequitur in extremo versu *medullas*; 232 *sanctae* pro *sancta*: coniunctum cum *puellae*; 234 **tristes* pro *tristis*: praecedit *has* (Havet § 495); 235 *dura* pro *duro*: sequitur *suspiria*; 252 *gracili* pro *graciles*: cum *modo* coniunctum (cf. adpar.);

(C) modo casus mutavit, putans adv. temporis praepositionem esse vel ipse ex aliis verbis praep. fingens:

77 *post somnos* pro *p. somno*: *post* adv. est; 191 *ad ante pdicā* pro *at non te, Perdica* (voc.): e corruptela *ante* conieci antigraphum oculis parum diligentis librarii *at n̄ te* exhibuisse.

Verborum ordinem arbitrio suo invertit librarius:

74 *tibi gravior* pro *g. t.*: itaque *tibi* adv. *intus* continuatum et iunctum est; 92 *mēte figura est* pro *e. m. f.*: versus terminatur iisdem numeris et modis ac v. seq., i. *forma secuta est.*

Pro verbo proprio verbum subicitur, quod aliud significat:

29 *frigidus* pro *Phrygius*; 48 *o perdica* pro *quo, P.* (voc.); 64 *infimas* pro *inlimes*; 81 *suo* pro *saevo* (e *seuo*, cf. 164 *seuos*); 85 *et in* pro *enim*: *et* fort. ex *ei̅* (vel. *eiʒ*; haud facile internoscuntur *i* et *t*, cf. Havet § 630) ortum; *in* probabilius duplicatio litterae *m* sequentis verbi *misere* (cf. supra 115 *inmortal-* pro *mortal-*); 92 et 96 *sed* pro *heu* (92 *et* Baehrens alii); 101 *sed* pro *iam* (*sed* serv. Baehrens alii); 113 *vocem* pro *facem* (Havet § 584); 134 *forsitā* pro *fortia*; 147 *patri* pro *et atri*; 150 *sidera* pro *sed dira*; 154 *adque* pro *ac*: librario in animo erat scribere *atque* (cf. 142 *adqʒ* pro *atque*); 165 *osculū* pro *os solum*; 168 *et qualiter* pro *aequaliter*; 175 *habet* pro *abit*; 180 *vincere* pro *iungere* (Havet § 582); 223 *sed* pro *si*; 256 **regimine* H[1] pro *tegmine*.

Verborum comprehensio vel sententia immutatur:

24 *arma tn̄* pro *armatus*; 29 *hanc* pro *hac* (pron.); 95 *hesitat* pro *haesit et*; 153 *ac vitae spatiorum* (*-rum* compend.) *longū qui coeperat vsum* pro *ac v. spatio l. q. ceperat u.*; 174 *ceteri dicant* fort. pro *cetera discas* (ego, alii alia); 189 *radiosaet nāqʒ* pro *radios aeternaque*: certe principium et causa erroris *er* compend. supra *aetnaqʒ*; 249 *musam* pro *Musa* (voc.): acc. adiungitur praecedenti *expmere.*

Ab alio epyllii loco suppletur vel interpolatur:

175 *sed matrē nati noua cura* pro *matrem nova c.* vel *sed matrem c.*: in utraque re *nati* e 220 *matrē nati noua cura* interpolatum est.

3. De codicis orthographia

Librarius in scribendis *v*/*u* hanc regulam semper custodiit: in principio verbi scripsit ipse *v*, seu consona (excepto 135 *umor*) seu vocalis sequitur[1]): excipiuntur 181 *uero* et 242 *ne uae* (sic H et H[1] pro *niveae*). medio autem in verbo nec non in fine (quotiescumque *-us* non notatur), scripsit librarius *u* semper praeter 143 *inveniūt*, 171 *invenit*, 211 *convertere*, 231 *pvenit*. item ad insolentem rationem librarii referendus est usus constans litterae *y* pro *ii*: 20 *studys*, 25 *varys*, 56 et 266 *pprys*, 59 *radys*, 68 *soty* (pro *socii*).

---

1) Variat prima littera sequentis mendosae lectionis, quae bis in codice legitur: *uiperas* H, *vip-* H[1].

Addendum quod plerumque librarius *n* praepositionum *con-* et *in-* servavit, quotiescumque sequitur *m* vel *p*: 118 *conmendo*, at 128 *commisit* (13 *cōmissa* exhibet cod.), 206 *inmensus*, 6 *conpellis*, 110 *conpell-*, 124 *conponere*, 45 *conpressit*, 190 *conpresserat*, semel 80 *complexus-*, 160 *inpedit*, 169 *inprobiter*, 213 *inpbe*, neque *n* praeverbii *in* convertit in sequentem consonam, quotiescumque sequitur *l*: 183 *inlicitos*, 224 *inlustris*. praeterea scripsit 214 *adfige*, 125 *adgress-*, 177 *adgreditur*.

3.1. Haec documenta rationis scribendi a librariis perpetuo usurpatae colligere et in classes distribuere curavi:

e pro *ae*: iam inde a tit. *Egritudo*; 4 *epule*; 20 *prebebat*; 25 *septus* (retinuit Baehr. PLM); 62 *estiferi*; 72 *estus*; 79 *perdice*, item 205; 85 *care* pro *carae*; 87 *minerue*; 89 *Castalie*; 95 *hesitat* pro *haesit et*; 106 *mesta*; 137 *mestāqȝ*; 150 *vite* pro *vitae*; 164 *seuos*, *sepe* (cf. adpar.); 173 *medicine*; 180 *himineos* pro *hymenaeos*; 228 *matrone*; 232 *tenere* pro *tenerae*; 241 *forme*; 242 *pulchre* pro *pulchrae*; 256 *coste* H[1]; 268 *que*; 278 *precipitem*
ae pro *e* (omitto quae loco memoravi): 26 *dafnae* pro *Daphne*; 39 *quaeritur* pro *queritur*; 76 *aepulas*; 102 *praesserat*; 130 *praemebat*; 207 *exaesas*; 272 *laetūqȝ* pro *letumne*
e pro *oe*: 26 *phebi*; 278 *pena* pro *poena*
oe pro *e*: 19 *infoelix*, item 262; 153 *coeperat* pro *ceperat*
i pro *y*: lectionibus, quas ante memoravi, adde: 64 *nimfasqȝ* pro *nymphasque*
y pro *i*: 152 *Yppocratis* pro *Hippocrates*; 171 *yppogras* pro *Hippocrates*
ci pro *ti* (Havet § 1069): 146 *viciati*; 155 *racionē*; 164 *incuciūt*; 221 *sentencia*
ti pro *ci* (errorum, veluti *nestio*, causa quoque ductus similis inter *sc* et *st*, quem supra notavi): 37 *nestio*; 67 *sotios*; 68 *soty* pro *socii*; 127 *nestius*; 166 *constia*; 287 *solatia*
f pro *ph*: exemplis, quae ante protuli, adice: 26 *dafnae* pro *Daphne*; 38 *filo mella* pro *Philomela*; 64 *nimfasqȝ*
exemplis supra positis, in quibus *h* modo deest modo superest, addenda: 152 *Yppocratis* et 171 *yppogras* pro *Hippocrates*.
Alternat librarius *mpt* / *mt*: 12 *temtet*; 58 *temptabat*; 145 *temptata*; 147 *temtanda*; 183 *temtare*; 256 *consumpto*; 290 *pemtus*.

Tempus est ut officio gratae mentis fungar in meos magistros, Aloisium Pepe dico et Antoninum Scivoletto, namque prior AeP edere mihi paterno more suasit, alter aurea suae scrinia doctrinae mihi liberaliter aperuit et huic editioni castigandae perseveranter invigilavit; itemque memorem animum praesto amico mihi carissimo Carolo Santini, qui me elegantis consiliis doctrinae nonnumquam adiuvit; bibliopolae Teubneriano denique gratias quam lubentissime ago, quod laudabili bonarum artium studio permotus hanc AeP editionem amplius annis septuaginta postquam superiorem in PLM V[2] addens Vollmer perfecerat excudere voluit.

Dabam Perusii pridie Kal. Iul. a. MCMLXXXVI Laurianus Zurli

CONSPECTVS LIBRORVM

Editiones

E. Baehrens, Unedirte lateinische Gedichte, Leipzig 1877, 12–26
E. Baehrens, Poetae Latini minores V, Lipsiae 1883, 112–125
Fr. Bücheler – A. Riese, Anthologia Latina I² 2, rec. A. Riese, Lipsiae 1906 (ed. stereot. 1964), c. 808, 285–296, (Add. et corr.) 391
Fr. Vollmer, Poetae Latini minores V², Lipsiae 1914, 238–250
S. Mariotti aliique, Aegritudo Perdicae. Scholis Romae habendis impressa, Quaderni Athena N. 2, 1966, 17–29
J. M. Hunt, The Aegritudo Perdicae, Ed. with Transl. and Comm., Diss. Bryn Mawr Coll., Penn. 1970 (1971), 1–23
D. Romano, Interpretazione della Aegritudo Perdicae. Appendice, Atti Acc. Palermo S. IV 19, 1958–59 (1960), parte II, 194–209 (text. et transl.)

Ad textum emendandum symbolas contulerunt

Altamura, D., De sermone eiusque vitiis in epyllio q. i. Aegritudo Perdicae, Latomus 38, 1979, 680–694
Baehrens, E., Uned. lat. Ged., in appendicula, 47–48
Ballaira, G., Perdica e Mirra, Riv. Cult. Class. Medioev. 10, 1968, 220–221. 223. 238
Barbasz, W., In Aegritudinem Perdicae (Anth. Lat. 808 R.) animadversiones, Eos 27, 1924, 29–39
–, De Aegritudinis Perdicae fontibus, arte, compositionis tempore, Eos 30, 1927, 164. 166. 168
Bieler, L., Nachaugusteische nichtchristliche Dichter, II. Römische Dichtung von Hadrian bis zum Ausgang des Altertums, Lustrum 2, 1957, 289
Brakman, C., Miscella quarta, Leiden 1934, 27–28
–, Opstellen en vertalingen betreffende onderwerpen uit de Latijnsche Letterkunde en de mythologie IV, Leiden 1934, 282–285
Courtney, E., in censura Shackleton B., Towards a Text of Anth. Lat., Class. Rev. 31, 1981, 40
–, Some Poems of the Latin Anthology, Class. Philol. 79, 1984, 312
De Nonno, M., in censura Shackleton B., Towards a T. of Anth. Lat., Riv. Filol. Istr. Class. 110, 1982, 101. 103–104. 109
Ellis, R., On the Aegritudo Perdicae, Journ. of Philol. 8, 1879, 226–232
Eußner, A., Zur Aegritudo Perdicae, Philologus 47, 1888, 162
Ganszyniec, R., ap. Barbasz, Eos 27, 1924, 34. 38
Havet, L., Aegritudo Perdicae, v. 174, Rev. de philol. 3, 1879, 90
Hey, O., Thesaurus l. L. II, s. v. *arguo*, 551, 15–16
Hiller, ap. Bücheler – Riese, Anth. I² 2, Lipsiae 1906 (1964), 286sqq.
Hosius, ap. Vollmer, PLM V², 242
Hudson-Williams, A., Notes on Dracontius and on the Aegritudo Perdicae, Class. Quart. 33, 1939, 162

Hunt, J. M., Two Passages in the Acgrituto Perdicae, Philologus 114, 1970, 294–295
–, An Emendation in the Aegritudo Perdicae, Class. Philol. 66, 1971, 114
–, Aegritudo Perdicae, 7; 249 sq., Latomus 30, 1971, 1163–1164
–, Aegritudo Perdicae, 231, Latomus 33, 1974, 167–168
–, Notes on the Aegritudo Perdicae, Harvard Stud. Class. Philol. 86, 1982, 117–120
–, On Editing Minor Latin Poets (in censura Shackleton B., Towards a T. of Anth. Lat.), Class. Philol. 77, 1982, 253–256
Kuijper, D., Varia Dracontiana, Hagae Comitis 1958, Stellingen XVIII–XIX
Lavagnini, B., ap. Romano, Atti Acc. Palermo 1958–59, in notis ad text. appositis, 212. 214
Maehly, J., Satura, Wissenschaftl. Beilage zum Bericht ü. d. Gymn. (Schuljahr 1885–86), Basel 1886, 30–38
Mariotti, S., Imitazione e critica del testo. Qualche esempio dall'Aegritudo Perdicae, Riv. Filol. Istr. Class. 97, 1969, 385–392
Morel, W., Some Emendations in Late Latin Texts, Class. Quart. 35, 1941, 136–137
Morelli, C., Sulle tracce del romanzo e della novella, II. L'Aegritudo Perdicae, Studi it. filol. class. N. S. 1, 1920, 75–77
Mueller, L., De re metrica, Leipzig [2]1894 (1967), 417. 433
Nolte, ap. Bücheler – Riese, Anth. I^2 2, Lipsiae 1906 (1964), 287 sqq.
Otto, A., Zur Aegritudo Perdicae, Jahrbücher für class. Philol. 33, 1887, 783–784
Rohde, E., ap. Baehr., Uned. lat. Ged., in appendicula, 47–48
Romano, D., Interpret. della AP. Note al testo, Atti Acc. Palermo 1958–59, 212–216
Rossberg, K., in censura Baehr., Uned. lat. Ged., Jahrbücher für class. Philol. 24, 1878, 428–430
–, Kritisches zur Aegritudo Perdicae, Jahrbücher für class. Philol. 27, 1881, 357–360
Rubenbauer, Th. l. L. V 1, s. v. *discutio*, 1372, 57–58
Schwering, Th. l. L., Onomasticon II, s. v. *Cupido*, 748, 73
Shackleton Bailey, D. R., Towards a Text of Anthologia Latina (Cambridge Philological Society, Supplementary Volume 5), Cambridge 1979, 72–75
–, Three Pieces from the "Latin Anthology", Harv. Stud. Class. Philol. 84, 1980, 217 in annotatiuncula q. i. Note on Towards a Text
Timpanaro, S., ap. Mariotti, Riv. Filol. Istr. Class. 97, 1969, 390
Uhlfelder, M. L., ap. Hunt, The Aegr. Perd. (Diss. 1970), 38. 101
Vollmer, Fr., P. W. V 2, 1644
–, M. G. H., Auct. antiq. XIV, 1905 (1984), 307. 340. 397. 399. 402
Walter, Fr., Zu lateinischen Dichtern, I, Wien. St. 45, 1926–27, 109
Ziehen, ap. Bücheler – Riese, Anth. I^2 2, Lipsiae 1906 (1964), 286 sqq.

Translationes

Romano, D., Interpr. della AP. Appendice, Atti Acc. Palermo 1958–59, 194–209 (transl. Italica)
Hunt, J. M., The Aegritudo Perdicae, Diss. Bryn Mawr Coll. 1970, 24–35 (transl. Americana)

Commentarius

Hunt, J. M., The Aegr. Perd., Diss. 1970, 36–107

Index verborum

Rizzo, S., Index verborum Aegritudinis Perdicae (Anth. Lat. 808), Romae 1968

CONSPECTVS SIGLORVM ET NOTARVM*

H	= codex Harleianus 3685 saec. XV
Baehrens	= Baehrens PLM V 112–125
Baehrens^{1}	= Baehrens Uned. lat. Ged. 12–26. 47–48
Barbasz	= Barbasz Eos 1924, 29–39
Brakman	= Brakman Miscella quarta 27–28
Courtney	= Courtney Class. Rev. 1981, 40
Courtney^{1}	= Courtney Class. Philol. 1984, 312
Hunt	= Hunt A. P. 1–23
Hunt^{1}	= Hunt Philologus 1970, 294–295
Hunt^{2}	= Hunt Class. Philol. 1971, 114
Hunt^{3}	= Hunt Latomus 1971, 1163–1164
Hunt^{4}	= Hunt Latomus 1974, 167–168
Hunt^{5}	= Hunt Harv. St. Class. Philol. 1982, 117–120
Hunt^{6}	= Hunt Class. Philol. 1982, 253–256
Mariotti	= Mariotti Riv. Filol. Istr. Class. 1969, 385–392
Mariotti^{1}	= Mariotti aliique A. P. 17–29
Rossberg	= Rossberg Jahrbücher f. class. Philol. 1878, 428–430
Rossberg^{1}	= Rossberg ibid. 1881, 357–360
Shackl.	= Shackleton Bailey Towards a Text of Anth. Lat. 72–75
Vollmer	= Vollmer PLM V^{2} 238–250
Vollmer^{1}	= Vollmer P. W. V 2, 1644

auctore non nominato quae discrepant a codicis lectionibus, ab his in adparatu plerumque signo] discreta, em. Baehrens
obliquis uncis ⟨ ⟩ inclusi quae addenda videbantur
quadratis uncis [ ] inclusi quae secludenda videbantur
crucibus † † notavi quae corrupta sunt necdum sanari potuerunt

* Auctores, qui in conspectu librorum semel nominantur, illic tantum memoro

AEGRITVDO PERDICAE

Dic mihi, parve puer: numquam tua tela quiescant?
non sat erant frondes, non undae nec fera nec fons,
non satyrus, non taurus amans, non ales et imber,
non tristes epulae, per quas petit aera Tereus?
5 hoc tibi restabat postremum, saeve Cupido!
at dirum in matris iuvenem conpellis amorem!
muta, precor, flammas aliasque intende sagittas.
quid possit nosti pietas et, perfide, mater,
et Paphiae quam triste †decuis† arcere furorem.
10 claudite nunc animos miserandaque pectora, matres,
ne scelus hoc vestras iteratum polluat aures
neu vos sollicitas temptet dolor iste nefandus
. . . .
viderit ac simili poena commissa †recussit†.
Namque omnes superos et cetera templa deorum
15 ture pio sacroque mero votisque colebat,
oblitus Veneris puerique oblitus Amoris:
hinc offensa dea est, haec diri causa furoris;
hinc quoque partus amor redeunti ad tecta parentum;
infelix Perdica, tibi (nam nuper Athenas
20 venerat et studiis animos praebebat et aures);

Incipit Egritudo perdicae H || 4 p̱ H post *Baehrens* (*cui edd. consentiunt*) *nisus Nemes. cyn. 33–34* | aera Tereus *Baehrens edd.* aera ethereus H aethera Tereus *dubitanter coni. Baehrens* || 5 tibi restabat] vbi (*de* v *pro* u *cf. Praef. p.* X) testabat H || 6 At dirū in H, *particula apta exclamationi indignationem exprimenti retinenda* ad dirum *Rossberg*[1] *plerique* ah dirum in *Rohde* et dirum in *Barbasz* || 7 aliasqʒ H *def. Barbasz* alioque *Baehrens* aliisque *dubit. coni. Hunt*[3] || 8 perfide *Rohde* -da H | mater H -tris *cum* 9 sit (*Rohde*) Paphiae *coniunxit Maehly* || 9 et *Baehrens*[1] *in adpar., vulgo* Est H | decuis H decus *Rohde plerique editores* | arcere H sarcire *Vollmer* | *ego totum v.* 9 *sic legerim*: et q. t. decus Paphies a. f. || 10 matres] matrum (-rum *compend.*) H || 11 ne *Hiller* Nec H | iteratum] -to H | polluat] pollulat H || 12 neu vos *Hiller* Neue H ne vos *Baehrens* | *post* 12 *lacunam statuit Baehrens, nulla in* H || 13 recussit H recuset *perperam legunt una cum Baehrens edd.* viderit ac *servatis; fort.* viderit, haec (*vel* at) s. p. c. recuset || 14 cetera *Baehrens* terrat H terra *Barbasz* || 16 Amoris] -re H || 17 diri] duri H, *item 274* durosqʒ *pro* dirosque || 18 redeunti *Baehrens* -te H redeundi *Vollmer* || 19 pdica *iter.* H || 20 aios H animum *Baehrens in adpar.*

hinc quoque regreditur matris periturus amore.
infelix, qui Cecropias nunc deserit arces,
iam praeda est Veneris, iam flammis atque sagittis
armatus tendit servans iter omne Cupido.
25 lucus erat variis in frondibus undique saeptus,
quem Phoebi foliis Daphne diffusa tenebat
et myrtus Paphies, speciosi testis Adonis,
egrediturque solo fundens sua brachia pinus
fol. 22r (hac Phrygius pastor spernens in amore Cybeben
30 desertusque viro per tympana plangitur Attis)
fonsque regit medio nota per gramina lapsum:
illic dispersi flores mixtique colores
ostendunt, Veneris quid amor; nam candidus illic
flos narcissus amat veteris vestigia fontis
35 et rosa purpureum spargens per prata ruborem
(seu Veneris cruor est seu flamma Cupidinis ista,
nescio, sed gratum memini quia servit amori).
hunc lucum Philomela tenet: circumvolat alis
et dulcis queritur fetus suspensaque ramo
. . . .
40 lucus Amoris erat; delapsus ⟨ab⟩ aethere pinnis
(namque illi conquesta Venus mandaverat ignis)
paruit imperio matris pharetramque sagittis
plenam fundit humi tollitque e pluribus unam
'hoc telum est', dicens, 'olim quo Iuppiter auro
45 decidit et Danaen fulvo conpressit amore;
ast' (aliud tollit) 'Ledam hoc quo cygnus amavit

21 Hinc quoqȝ *e v. 18 iteratum put. Rohde* ‖ **24** armatus] Arma tñ H | tendi *Mariotti* tenuit H ‖ **25** in H *instrumentale cum abl. pendens a* saeptus *retinendum in servato leviter post* frondibus *distinxit Riese* en *Baehrens dubit.* nam *Otto* **26** quem] Quae H | foliis Daphne *Rohde* solus dafnae H Daphne foliis *Baehrens edd.* ‖ **29** hac Phrygius] Hanc frigidus H | Cybeben] ebebe H ‖ **30** Desertusq; viro H *def. Hudson-Williams et ego* desectusque virum *Baehrens in adpar., Vollmer* ‖ **31** regit H riget *Baehrens*[1] | nota (*def. Morelli; meliuscule ego coll. Ciri 300*) . . . lapsum *Riese* nota . . . lapsa H mota . . . lapsum (*vel* motum . . . lapsus *Rohde* notum . . . lapsum *Barbasz* ‖ **32** Illic H illis *Baehrens* ‖ **34** amat H aman *Altamura e v. seq.* | veteris] veneris H ‖ **35** spargens H spargit *Baehrens dubit.* roborem H ‖ **37** gratum H *adverbialiter Altamura* gratus *Baehrens* ‖ **38** lucum Philomela (Fi-)] locū filo mella H ‖ *post* **39** *lacunam instar illius post 12 indicata statuit Baehrens, nulla in* H ‖ **40** *post* erat *distinxit Vollmer, post* Amoris *Baehrens Riese* | ab *suppl. Baehrens* | pinnis H *ut semper* ‖ **41** illi] illa H | *parenthesin indicavit Vollmer* ‖ **44** telum] telo H | auro H aurum *Otto* (*at cf. Stat. silv. 1 2, 136*) ‖ **45** Danaen] danae H ‖ **46** Ast H est *Rossberg* | Ledam] leda H | quo qđ H | *post* **46** *lacunam susp. Hunt*[5]

Antiopam ⟨et⟩ satyrus tenuit; iam fessa sagittast.
quo, Perdica, tibi calamo firmemus amorem?
vulnera iam nostrae veteres fecere sagittae,
50 nunc nova visenda est.' dixit rivumque secutus
quaerit arundineas scrutatus limite silvas.
nec mora, nota deo est: namque obvia venit arundo,
quam puer excussam totis radicibus aufert;
et primo mollis eradit pumice libros,
55 post volucri cupiens †v vibrā† librare sagittam
pinnam de propriis ardentibus abscidit alis
et religat †cera† (possit quoque cera tenere
quod temptabat opus; sed Amoris pluma calebat).
iam sol emensum radiis libraverat orbem
60 atque diem sexta magnum discreverat hora:
omnia per terras animalia fessa calore
sideris aestiferi frondis sub tecta subibant.
ad lucum Perdica venit fessusque labore
inlimes respexit aquas nymphasque recentes
65 umbriferumque nemus, mixtos per gramina flores.
fol. 22^{v} ingressus postquam est lucos Perdica rigentes,
talibus est verbis socios ac voce secutus:
'o socii, vestro iustum si corde videtur,
defessos artus et membra calore gravata
70 hic poterit relevare locus: nam frigida fontis
vena fluit, flores sunt hic, ⟨hic⟩ dulcia prata.'
Heu, Perdica, gravis aestus radiosque micantes
solis te fugisse putas lucosque petisse,

47 Antiopam ⟨et *add. Vollmer*⟩ Satyrus] Antiopasatorus H | sagittast] sagittas H || **48** quo] O H || **49** veteres] -ra H || **52** mora nota H m. nata *Ellis plerique editores* mora : nota deo namque *Rossberg*[1] || **53** quam] Quem H | excussam H excissam *Baehrens* || **55** *sic* H = *fort.* vibra⟨re⟩, *metri causa imminutum, ut glossema (cf. e. g. Synon. Cic. p. 433, 18) eiciendum* fibra *Rossberg, alii alia inprobabilia* || **57** religat] relegata H | cera[1] H iunco *vel* filo *susp. Vollmer melius* lino *Brakman Ballaira an* certam? | quoq3 cera H quo certa *Baehrens Riese* || **58** quod] Quo H | sed *Vollmer* et H | calebat *Baehrens*[1] celebat H tenebat *Baehrens Riese* || **59** sol emensum *Vollmer* sole menso H sol emenso *Baehrens* | orbem H ortu *Baehrens, ut legas*: sol emenso radios 1. ortu || **60** hora] ortā H || **63** locū H || **64** inlimes *Rossberg* Infimas H inriguas *Baehrens* | nimfasq3 H lymphasque *Baehrens* | recentes *Baehrens plerique* regentes H rigentes *Baehrens*[1] *Morelli* || **67** ac *Hiller* aut H et *Hunt* || **69** et *Otto* (*cf. 245*) haec H ac *Baehrens* (*cf. 260*) || **70** fontis] fontes H || **71** hic *add. Baehrens* || **73** Sol iste H | putas *Baehrens* putos H putans *Vollmer* | lucos- H *pro interpolatione habuit Shackl.*, poenas- *coniciens* | petisse H petisti *Barbasz* | *post* petisse *graviter dist. Hunt, levius ego; lacunam post versum esse voluit Baehrens*

ignoras: intus gravior tibi flamma paratur!
75 Sic postquam fatus, fusi per gramina terrae
accipiunt epulas et dulcia dona Lyaei,
post somno reparant vires. tunc aliger ille
paruit officio mutatusque ore Cupido
Castaliam reddit Perdicae nomine matrem
80 fol. 23r complexusque dedit per somnia tristis imago
et saevo iuvenem confodit pectora telo.
qui postquam somno miser est deceptus acerbo,
ardet in incestum puero simulante figuram
ingrediturque suae regalia limina matris:
85 matris enim misere carae dinoscere vultus
non poterat, quam parvus adhuc dimiserat olim,
cum peteret divae doctissima templa Minervae.
continuo natum famulae venisse parenti
Castaliae dixere suum; pietatis honore
90 illa memor nati venienti est obvia facta,
oscula quoque dedit materna et plena pudoris.
Heu quotiens iuvenis mutata est mente figura
vel quotiens pulsante deo nova forma secuta est!
quam miser ut vidit, suscepit vulneris iram;

74 Ignoras H ignorans *Rohde* ignotos *Barbasz* | gravior tibi] t. g. H || 75 fatus] factus H (*item 166* factus *pro* fatus) || 76 Lyaei] lcti H || 78 mutatusque (*prob. Schwering et Morelli coll. Verg. Aen. 1, 658*) *vel* -toq; *Baehrens* mutaturq3 H *Vollmer* | ore H ora *coni. Baehrens*[1] || 79 Castaliam reddit Perdicae *Baehrens* P. r. c. H *serv. Riese, qui* Castāliam ('i *est consonans*') *voluit* r. C. P. *Rossberg*[1] | *post* 79 *in* H *scripti v. 240–260 sunt sed expuncti; notulis* ♂ *coniunguntur v. 79 et 80* || 80 tristis H *def. Ellis et ego coll. Verg. Aen. 6, 695* tristia *Baehrens*[1] *Barbasz* || 81 saevo *Rossberg*[1] suo H | confodit] confudit H || 82 aceruo H || 83 incestum *Baehrens* -tu H -tam (*scil.* figuram) *Morelli* | puero simulante figura *Baehrens* (*in adpar.*) *plerique* p. simolante figura H pueri stimulante figura *Baehrens* (*in textu*) || *post v.* 84, *quem Vollmer recte loco servaverat, parenthesin* (*85–87*) *voluit Barbasz* || 85 enim] et in H | misere H *retinuit Vollmer, cruce insignivit Hunt* miserae *Baehrens*[1] | carae *Baehrens* care H caros *Baehrens*[1] clare *Otto* || 90 memor nati ... facta *Baehrens* (*in adpar.*) *edd.* memoranti ... facti H memor tanti ... facti *Baehrens* (*in textu*) || 91 quoque *Baehrens*[1] quaeq3 H quotque *Barbasz* (*cf. 109*) | materna et ... pudoris *ego* maternae ... doloris H materni ... doloris (*dolor = germ. 'Rührung'*) *Baehrens* m. ... decoris *Rohde* materna (*noluit addere* et) ... doloris *Vollmer, qui opinatur filium non matrem dolorem sentire;* pudor *in codd. scriptura cum* dolor *saepe alternat* (*cf. e. g. Th. l. L. V 1, 1837, 78–79*) || 92 heu (*probavi coll. Ciris 81*) *Rossberg*[1] Sed H et *Baehrens* (*cf. 96*) | est mente figura *Rohde* m. f. e. H ⟨in⟩ m. f. e. *Rossberg*[1] || 92–93 *post* 94 *transp. Baehrens, post* 81 *Rossberg*[1], *post* 95 *Otto Barbasz, qui lacunam unius versus ante* 96 *suspicati sunt* || 94 vulneris ora H *correxi* -re curas *Baehrens* -ra cordis (corde *Barbasz*) *Baehrens*[1] -ra saeva (dira *Rossberg*[1]) *Vollmer*

95 haesit et insano obstipuit deceptus amore.
'heu ego quam vidi, quae somnia tristia demens?
mater erat? aut ista tibi †paretur†, imago?
est sed caeca . . . .
nam fari scelus est, admissi ⟨sic⟩ quoque crimen.'
100 talia constanter secum Perdica locutus.
iam nox umbriferis per caelum roscida pinnis
presserat aerios fugientis solis honores
cunctaque per terras animalia pressa sopore:
sola tibi dulci numquam, Perdica, quieti
105 tradidit assiduis ardentia lumina flammis.
nox ipsi maesta ⟨est⟩: vigilat †mediumque tenetque†,
suspirat numquam requiem daturus amori.
omnia fessa domat caelestia sidera somnus,
flumina quoque tenet nec non maris imperat undis,
110 corpora vel modicam conpellit adire quietem:
pro dolor! hoc scelus est soli vigilantis amori:
tunc quoque Perdicam ⟨⏖–⟩ premit igne Cupido,
ut possit nec ferre facem. nam fulmine tactus
ardebat miser ⟨et⟩ ducens suspiria corde,
115 quae puer edocuit mortales cire Cupido,

95 haesit (*probavi coll. Verg. Aen. 2, 774*) et *Baehrens* Hesitat **H** || **96** heu *Baehrens* Sed **H** *vix* sic *Vollmer* (*cf. 92*) | quae **H** *def. Mariotti coll. Ov. met. 9, 474–475* per *Baehrens* || **97** erat **H** eras *Rossberg*[1] *edd.* | paretur (-ur *compend.*) **H** par fertur *Baehrens fort. recte* (*cf. Lucr. 4, 284*) par extat *Rossberg*[1] | imago *voc. intell. Mariotti* | *post* 97 *lacunam susp. idem* || **98** *mutilus in* **H** est *'ab edendo' dictum putat Mariotti, qui versum sic e. g. supplevit*: e. s. c. ⟨meas infestaque flamma medullas⟩ | *post* 98 *plura excidisse indicavit Baehrens* || **99** est *semel* **H** *bis Baehrens edd.* | admissi **H** admitti *Vollmer in adpar.; sed* admissi *i. peccati vel commissi* (*cf. 13 vel Pichon s. v. 'admissum' vel etiam Ov. met. 10, 304*) *una cum Mariotti retinendum* | sic (*vel* est hoc) *suppl. Mariotti* || **101** iam *Baehrens dubit., Vollmer* (*in textu*) Sed **H** et *Vollmer in adpar. Barbasz* || **104** sola (*scil.* lumina) *Ellis* Soli **H** *correptum sprevi propter v. 118* || **105** assiduis *Rossberg*[1] ardentis **H** | flammis *Rossberg*[1] -mas **H** || **106** est *suppl. Baehrens* | mediūqʒ tenetqʒ **H** metuitque tepetque *Baehrens plerique edd.* m. tremitque *Barbasz* metuensque tepensque *Rossberg*[1]; *at* tenet *e 109* tenet *et* -qʒ (*metri causa*) *e verbo praecedenti fort. repetita, quare* mediusque silentum *vel simile quid desidero* || **107** daturus (-us *compend.*) **H** laturus *Ellis Rossberg* || **108–110** *post* 102 *transp. Rossberg*[1], *post* 103 *Rohde Barbasz* || **109** Fluminaq̊ʒ **H** (*cf. 91*) f. quaeque *Rossberg* f. aquasque *Ellis* || **111** *post* 105 *traiecit Rohde* || **112** Tunc **H** (*cf. 137*) tum (*post quod* saevus *vel* dirus) *Rossberg* | tanto *suppl. Vollmer* saevo *Maehly Riese* diro *Baehrens*[1] || **113** possit *scil. Perdica* (*Rohde*) | nec **H** = *'ne quidem' Rohde* sic *Baehrens* vix *Riese* | facem *Rohde* vocem **H** vicem *Baehrens* || **114** miser et *Rossberg*[1] miser **H** misere *dubitanter coni. Vollmer* misereque ciens *Maehly* | corde *Vollmer* (*cf. 235*) cordis **H** || **115** mortales cire *Rohde* inmortale scire **H**

fol. 23v tales triste feras reddit de pectore voces:
'Nox sceleris secreta mei, Nox conscia cladis,
soli me conmendo tibi nostrumque furorem.
tu nosti quid possit Amor: sine te nihil ille [cupido]
120 (seu Veneris pars es seu ⟨tu⟩ Venus aut Venus in te est):
des requiem miserando, precor, et posse fateri.
'sed matri narrabo?' 'nefas!' 'tamen ibo coactus:
"mater, ave" dicturus ero.' 'quid deinde?' 'tacebo.'
'credamus! quibus hoc poteris conponere verbis,
125 aut vox qualis erit? adgressum namque parentem
Oedipoden thalamos matris vult fama subisse
incestosque toros: satis est quod nescius ista
commisit, culpamque tulit licet ille nefandam
exegit de se privatus lumine poenam.'
130 talis Perdicam per noctem cura premebat
et proprium miseranda nefas †incesta† laboris.
iamque dies ortus clarior nudaverat orbem
et radiis Titan noctis disperserat umbras:
deficiunt iuveni paulatim fortia membra
135 decoquiturque umor, cunctos qui continet artus;
namque undas Cereremque negat victumque ciborum.
tunc quoque sollicitam monuit maestamque parentem

116 triste feras **H** t. fremens *Rossberg*[1] t. furens *Vollmer* t. ferens *Barbasz* tristificas ('tristiferas *non ausus*') *Baehrens* tristiferas *Morelli* || **119** *glossam secl. Baehrens* || **120** es (*Baehrens*) seu ⟨tu⟩ (*Ellis*) *Hunt*[5] *et ego praesertim nisus Ov. met. 4, 321* est seu **H** es tu seu *Baehrens edd.* es tua (*scil.* pars) seu *Maehly* || **121** des] Dis **H** | miserando, precor, et *an* p., et m.*?* || **122** set *Baehrens* Et **H** at *Ellis* | narrabo **H** narrare *Shackl. haud necessario* (*Courtney*) | *ut supra interp. Rohde Baehrens*; *Ellis alii interp.* nefas *acc.*, *ut legas* narrabo nefas? | *Perdicam talia* (*v. 122–129*) *secum animo volutare et loqui vel, ut planius dicam, dialogum inter Perdicam acri amore impulsum et Perdicam scelus dissuadentem indicavit Shackl.* || **123** *post* **125** *posuit Rohde, loco serv. Maehly, Mariotti*[1] *et Shackl. tantum* || **124** Credamus (-us *compend.*) **H** cedamus *Rohde* sed facinus *Morel* | quibus *Riese* quid **H** quid tu *signo interr. distinctis Ellis* || **125** vox] nox **H** | adgressum *Shackl.* adgressus **H** *cruce insignivit Mariotti*[1] | nāqȝ **H** nempe *coni. Baehrens* | parentem = *Laium Shackl.* || **126** Oedipoden *Hunt*[2] Et ipodent **H** Oedipodem *Baehrens edd.* || **127** quod **H** sed *Shackl. recusandum* || **128** ille] illi **H** || **129** Exegit **H** exigit a *temptavit Shackl.* | de se *Baehrens*[1] sese **H** *reliqui omnes* | privatus *Baehrens*[1] *et ego coll. Ov. Pont. 1, 1, 53* priuato **H** *def. Courtney, qui* (exegit *servato*) sese *abl. intell.* privando *Vollmer plerique* privat dum (cum *Shackl.*) *Baehrens* || **130** noctem] noctu **H** || **131** miseranda **H** -dō *Baehrens* | incesta **H** *e glossa* incestū *ortum censeo* fit (est *Maehly*) causa *Baehrens* | laboris = '*morbi*' *Baehrens* (*cf. 144*) || **132** clarior **H** *bisyllabum Baehrens* clarum *coni. idem* | clarior: nudaverat *dist. Rossberg, cf. 227* || **133** Titan *Rossberg* citā **H** | disperserat **H** discusserat *Hunt*[1]*; at hic* disperserat *idem significat atque* discusserat (*cf. Tert. carn. 7, 11*) | umbras] vndas **H** || **134** fortia] forsitā **H** || **135** cunctos qui] cunctosqȝ **H**

maternae pietatis honos, famulasque vocavit
ad sese iussitque artis †medicinae requiri†,
140 primores qui forte forent adducere secum.
iussa citae peragunt: vitae venere magistri
ingressique fores atque abdita tecta cientis
inveniunt iuvenem postrema clade gravatum
et primum quaerunt, quae causa laboris inesset;
145 post vena ⟨est⟩ temptata; sed haec pulsusque quietus:
esse negant causas vitiati corporis illic;
et iecur et splenis temptata cubilia et atri
quae fellis metuenda domus: sunt omnia sana,
per proprium digesta larem, sunt cuncta quieta
150 et vitae devota suae, sed dira procella
mente latens caecos urguebat pectore coetus.
fol. 24r Hippocrates, illic fuerat qui forte vetustus
ac vitae spatio longum qui ceperat usum,
restitit ac secum docto sermone locutus:
155 'quid, medicina, taces? rationem redde petenti.
non isti calor est, pulsu nec vena minatur
(nam sacrae partes, quibus omnis vita tenetur,
discordare parent, ut mox elementa resolvant,
quae faciunt hominem, dum quattuor ista ligantur);
160 ⟨non⟩ stridens gremium vivaces inpedit auras;

138 famulasque *Vollmer* (*cf. 88*) famulatusqȝ (*et* -us *compend.*) **H** -losque *Baehrens* (*cf. 141*) || **139** medicinae requiri **H** *locus desperatus, in quo* medicinae *pro glossa habuit Vollmer* requiri *pro librarii 'require'* (*cf. Havet § 1507 A*) *Courtney*, quam tradit Apollo *vel tale quid desiderans* medicina (*voc. iam Ellis*), tuai *coni. Morel et alii alia* || **140** adducere **H** ac ducere *Baehrens*[1] et ducere *Altamura dubit.* || **141** citae *Vollmer* citi **H** || **142** atque *Riese* adqȝ **H** *serv. Baehrens* | cientis *vel* citantis (*scil. reginae matrisque*) *ego* caciantis **H** iacentis (*vel* cubantis) *Baehrens* tacentes *Rossberg* || **145** vena temptata **H** est *inseruit Rohde* venam temptant *Baehrens*[1] *Vollmer* | sed haec *Rossberg*[1] sedes **H** sedet *Rohde* || **147** et[1] *Vollmer* Sed **H** | temptata *Baehrens Vollmer* temtanda **H** | et atri *Baehrens* patri **H** || **148** Quae fellis **H** f. q. *Baehrens Riese* | domus (-us *compend.*) **H** *cruce insignivit Riese*, putant *vel simile quid desiderans* homini *Barbasz* || **150** sed dira] sidera **H** || **151** coetus **H** = *'coitus' Baehrens*[1] *Hunt* coeptus *Baehrens Riese* || **152** Yppocratis **H** | fuerat **H** suberat *Rossberg*[1] || **153** spatio] spatiorum (-rum *compend.*) **H** | longū **H** longo *coni. Baehrens* | coeperat **H** || **154** ac (*vel* et) *Baehrens* adque **H** || **156** pulsu *Otto* pulso **H** pulsus (*subst.*) *Barbasz, qui una cum Otto post* est *leviter distinxit* | *post* minatur *parenthesin indicavi* | **156** *post* **159** *traiecit Vollmer* || **157** Nam **H** non *Maehly Riese* num *Vollmer* || **158** parent **H** parant *Baehrens Riese* | ut *Courtney*[1] cū **H** tum *Baehrens* | resoluāt **H** -vent *Baehrens* || **159** legantur (-ur *compend.*) **H** || **160** ⟨non⟩ stridens gremium *Vollmer* Stridenti gremio **H** *serv. Baehrens* | gremium = *pulmones* (*Vollmer*), *pectus*

non omenta suas per mollia viscera sedes
⟨—⏖—⟩, non corda vagi pulmonis anhelant
intercepta sero, non ilia concita costis
incutiunt saevos iaculata saepe dolores:
165 displicet os solum, quod sunt suspiria longa.'
sic fatus fessae scrutatur conscia venae.
ingreditur mater: tum quae fuit ante tenenti
mitis et in lentos motus aequaliter apta,
inprobiter digitos quatiens pulsatibus urguet,
170 sic mentis confessa nefas. magnusque virorum
invenit Hippocrates, quae pectore clausa fuere,
et tali sequitur miserandam voce parentem:
'causa subes, mater: medicinae munera cessent;
hic animi labor est: hebeo. iam †ceteri dicant†!'
175 talia fatus abit. [sed] matrem [nati] nova cura premebat
per varios divisa modos, natumque cubantem
adgreditur redditque pio de pectore voces:
'nate, precor, miserere mei, miserere tuorum:
lumina tu partus, tu me facis esse parentem.
180 indica: si virgo est, hymenaeos iungere possum;
si vero matrona foret viduata marito,
ne dubites, ⟨haec⟩ cura mea est. hoc maesta verebar,

161 non omenta *Ellis* Momenta **H** | per *iungendum cum* suas . . . sedes *put. Baehrens*[1], *qui coni.* non contenta | sedis **H** *vide an* saepes *praestet* || **162** *mutilus in* **H** | excedunt *suppl. Ellis*, deficiunt *vel* destituunt *Riese*, commutant *Barbasz*, emittunt *puto* (*cf. Lucan. 1, 625*) | corda *i. fibrae Altamura et ego coll. Drac. laud. dei 1, 593; indicantur notae peripneumoniae* (*Romano*), *nihil pericardii inflammationis* (*Ellis Hunt*) || **163** Intercepta **H** *probavi coll. Lucan. 3, 641* intersepta *Ellis plerique* | sero *Ellis* se **H** | costis **H** coxis *Baehrens* || **164** iaculata **H** *passive intell. Vollmer* -antia *Ellis* -ataque *Baehrens* | sepe **H** saepe *abl. subst. Vollmer, adv. Morelli coll. Verg. Aen. 1, 669* | doloris **H** || **165** os solum *Maehly Hiller* osculū **H** os colum *Baehrens* || **166** scrutatur] -tus (-us *compend.*) **H** | conscia (= *secreta*) *suspectum* compita *Ellis Maehly* || **167** tum] dū **H** | ante *Baehrens* ille **H** *e* fu[it te]nenti *ortum puto* ile *Ellis* || **168** aequaliter] et qualiter **H** | apta **H** acta *Baehrens* || **169** Inprobiter (*lineola infra scripta coniunguntur alt.* i *et* t) **H** improvide *male Barbasz* (*cf. Lucan. 1, 629*) | urguet (-get *Vollmer secuti*) *Baehrens edd.* arguit **H** *disyll. retinendum put. Hey Barbasz* || **172** miserandam] -da **H** || **173** causa subes mater *Vollmer* Causas habes mater **H** c. m. h. *Baehrens* | cessent **H** -sant *vulgo a Baehrens* || **174** hebeo **H** abeo *Maehly Hiller* | ceteri dicant **H** -ra dident (*vel* dant) *Baehrens plerique edd.* -ra dicat (*iam Havet*) *Barbasz, qui et* iuvenis *pro* hebeo *voluit* -ra discas *puto* || **175** abit] habet **H** | matrem nova cura *Baehrens edd.* sed matrē nati noua cura **H** (*cf. 220*) sed matrem cura *Barbasz fort. recte* || **176** mōs **H** metus *coni. Baehrens* || **179** Lumina **H** lim- *Rohde* | *post* 179 *aliquot versus intercidisse put. Rohde* || **180** Indica **H** *iambo correpto* inclita *Baehrens* | est] es **H** | hymenaeo *Barbasz* | iungere] vincere **H** || **181** Si uero **H** sive suo *Baehrens* | foret **H** *nonnullis suspectum* fovet *Riese* caret *Rossberg* || **182** haec *suppl. Baehrens* | *sic dist. Vollmer, graviter post* dubites *Baehrens Riese*

inlicitos ne forte toros temptare mariti
cogeret acer amor matrisque gravaret honorem.'
185 ille silet solumque trahit suspiria longa
avertens faciem nec matrem cernere rectis
fol. 24v luminibus poterat sacro prohibente pudore.
'mater', ait 'discede, precor: plus uris amantem.'
Roscida post radios aeternaque lumina solis
190 nox tenebris discussa suis conpresserat omnes,
at non te, Perdica, umquam puer ille Cupido
vel partem minimam patitur decerpere ⟨somni⟩,
sed solum †tenuit veneranda te casus umbras†
continuus tollit pharetras ac tela furoris
195 et tecum vigilat per noctis tempora longa
intorquens dira assiduis incendia flammis.
et Pudor huc aderat proprio comitante vigore.
stant duo diversis pugnantia numina telis
ante toros, Perdica, tuos: Amor hinc, Pudor inde.
200 inde Cupido monet secreta referre furoris,
inde Pudor prohibet vocis exordia rumpi
†famamque surgentem revocit neanillans†
ire iubet propriumque nefas exponere mentis
verbaque multa docet; quae †voces pectora labi†

189 post *i. postea Barbasz, Rizzo et ego* (*cf. 55, 77, 145*) | radios aeternaque (*Hiller*) *vel* alt- *Baehrens* radiosaet nāq3 **H** radios aestivaque *Rossberg* || **190** discussa **H** (*scil.* radios a. l. solis, *cf. Plin. nat. 37, 137*): *vim medialem partic. inesse contendit Barbasz, cui assentior* diffusa *Baehrens* discursa (*vel* decursa) *Vollmer* | omnes *i. mortales sim. ego, adi. cum* 189 radios *coniunctum Rizzo* || **191** Ad ante pdicā nūquā **H** *correxi, putans vero poetam sibi Verg. Aen. 4, 529 ad imitandum proposuisse* at te, Perdica (*a nom. in -as ducta vel producta in arsi finalis*), nunquam *Maehly Vollmer* at iam te, Perdica, puer (*transposito* puer numq.) *Baehrens* || **192** somni *add. Baehrens* || **193** Sed solū tenuit **H** solum te tenuit *Baehrens* sed solus tenet et *Riese fort.* sed solum ut tenuit | veneranda te casus vmbras **H** tenebrosa tectus (intectus *voluit Maehly*) in umbra *Riese* miserandum (*iam Maehly; versa vice* miserand- *falso trad. pro* venerand- *Sen. Herc. Oe. 585*) et clausus in umbris *Barbasz, alii aliter* || **194** Continuus **H** -uas *Riese in adpar., sed iam Maehly* || **197** vigore (Vi- *Riese dubit.*) **H** rigore *Barbasz* || **199** inde **H** illinc *Baehrens in adpar.* || **201** vocis exordia rumpi **H** voces (*iam Maehly*) *Vollmer in adpar., qui novum colon ab* exordia *incipere opinatur* vocisque ex. rumpit *Riese* || **202** *ut supra* **H** *symbolas ad totum versum perpoliendum contulerunt*: famam surgentem revocet petit ille, sed ille *Baehrens* flammamque urgentem (f. urentem *Maehly*) revocat (*tantum in adpar.*). negat alter, at alter *Riese* famaque surgentem revocat ⟨ratioq⟩ue vacillans *Barbasz* -ne vacillans *in fine versus Ellis* ille cavillans *Maehly Courtney*[1] anhelans *Vollmer, qui lacunam infra suspicatus est* || **203** exponere **H** expromere *Baehrens in adpar.* | mentis **H** matri *dubit. coni. Riese* || **204** vix e pectore lapsa *Rohde* voces pectore lapsae *Vollmer in adpar.* mox expressa labori *Ellis* labris (*vel* labra) *in fine versus Baehrens*[1] | voces *post* quae *fort. est glossa; quod si concedis,* pergunt (*vel tale quid*) pectore l. *conicias*

205 Perdicae miseri moriuntur in ore pudico.
sed postquam calor inmensus per pectora currens
usserat exesas ardenti corde medullas,
talia dimittit reserato pectore verba:
'saeve puer, semper lacrimis et funere gaudes.
210 o scelerate, tuas si tu paterere sagittas
sique tuos ignes in te convertere discas,
ut credas quid possit amor! sed parce, Cupido.
inprobe, quae mandas non possum dicere matri.
tormentis adfige tuis, constringe catenis,
215 non fateor. totas in me consume sagittas
quotquot amoris habes et, si tibi tela furoris
defuerint, et si ⟨tibi⟩ de Iove fulmina sumas,
vincere non poteris sanctum, scelerate, Pudorem.'
talia per noctem iuvenis miserandus agebat.
220 Interea matrem nati nova cura premebat,
multaque quaerenti placuit sententia talis,
matronas omnes totis e moenibus urbis
fol. 25ʳ ad propriam †venire† domum, si quis vigor illic
aut species inlustris erat vel forma superba,
225 quae proprio iuvenem statuisset amore gravare.
hoc visum placitum matri, non distulit ultra.
[iamque dies ortus clarior nudaverat orbem]
matronae veniunt forma cultuque micantes:

205 Perdicae] A perdice **H** || **206** pectora **H** corpora *Baehrens* viscera *Maehly, Vollmer dubit.* || **207** ardenti (*probavi coll. Catull. 64, 124*) *Baehrens plerique edd.* -tes **H** | corde **H** torre *Rohde* || **211** discas] dicas **H** || **212** credas **H** cernas *Baehrens dubit.* | *post* Cupido *noluit distinguere Riese* || **214** adfige **H** adflige *Baehrens in adpar.* || **215** fateor **H** -ear *Baehrens plerique edd.* || **217** et (= *etiam*) si tibi *e v. priore iteravi* et si **H** *e 216 repetitum put. Baehrens, qui* etiam tibi *legit* etiam si *Vollmer* et si vel *Ellis* || **218** pudorem *Baehrens Riese* Pu- *Vollmer* || **222** e] ae **H** de *Riese* (*in adpar.*) || **223** venire **H**, '*mendum huic poetae relinquo*' *Vollmer, at cf. 63, 90, 228* vĕni- (*versa vice* vĕnire *pro* vēnire *invenitur e. g. apud Drac. Romul. 9, 216 et 219 nec non ap. Plautum, teste Havet § 860, saepius*) iubet ire *Rossberg* concire *Baehrens* adventare *si concedimus modo praev.* ad- *omissum post* ad *in principio versus, tum ad* venire *scribendum impulisse 228* veniūt | si] sed **H** | quis *pro* '*quibus*' *intell. Morel* cui *Maehly* | illic **H** *una cum Morel retinendum puto* illex *Rohde plerique* illis *Baehrens*[1] ulli *Barbasz* || **224** superba] supna **H** || **225** statuisset **H** potuisset *Hiller* | grauare **H** beare *Baehrens* iuvare *Maehly Riese in adpar.* gravare '*scil. potione magica*' *Vollmer, sed amatorium nihil ad rem* || **226** visum placitū matri **H** *respuit Maehly, qui* vixdum *pro* visum *voluit* visum matri; placitum *Shackl., fort. recte* | nō **H** nec *Baehrens* || **227** iamque] Iam **H** | *totum v.* **227** *haud dubie eiciendum opinamur Altamura et ego, cf. 132* | *post* **227** *unum versum excidisse susp. Rossberg, qui sic interp.*: clarior: nudaverat

hic erat Andromeda, hic altera Laodamia,
230 ditior haec Danae, fulgentior altera Glauce,
candidior Chione ⟨haec⟩ pervenit ⟨et⟩ altera Dirce;
huc etiam tenerae sancta venere puellae
virgineum florem servantes lege maritis.
has tristis Perdica videns et lumina flectens
235 in matrem traxit duro suspiria corde
et tali secum miser est sermone locutus:
'pro dolor, o superi! defecerat altera forma:
mater amanda fuit.' 'sed vincere certa furorem
quaerendo vultus, liceat quos iure tenere.'
240 'hoc etiam voluisse nefas.' 'sed respice, quales
†quid viperas†, sed †vim† mutetur gratia formae:
sunt niveae, sunt hic procero corpore pulchrae,
virgineoque nitent gratae de flore puellae.'
'nulla tamen matri similis!' fatusque coercet;
245 detorsit fessos artus et languida membra.
Nunc, o Calliope, nostro succurre labori:
non possum tantam maciem describere solus,
nec nisi das animos viresque in carmina fundis,
quae mihi mandasti iam possum expromere, Musa.

229 andromeda H | laudamia H *def. Hunt* || **231** coigne H *em. Baehrens, qui et* Progne *voluit* Chione *accepi propter nominis et adiectivi significatus inter se conexos aptosque* | ⟨haec⟩ pervenit ⟨et⟩ *Vollmer* pvenit H venit altera et *Baehrens* procerior *Rohde* potior venit *Ellis* praevenitque *Barbasz* pervenitque *Hunt*[4] || **232** sancta (**233** lege) *Morel* -tae H || **235** duro *Vollmer* (*def. ego*) dura H dubio *Rossberg*[1] cura *Barbasz* penitus *aliaque tempt. Shackl.* | corde H -dis *Barbasz* || **237** *Perdicae matrem ardenti ac proprium nefas sortemque ploranti frustra repugnat suadetque Perdicae alter ego ne luctans nefasto succumbat furori* (*v. 237–244*) || **238** sed H quid *Shackl.* | certa *Baehrens* (*cf. 7* mută, *180* indică) certas H certo *Riese Shackl.* | furorem *coni. Baehrens* (-res *in textu*) furore H || *vv.* **240–260** *et hic* (H[1]) *et post v. 79 leguntur* || **240** hoc *pro 'matris concubitus' intell. Shackl.* | hoc *i. matri iure succedaneas quaerere nefas habet Perdica furens Amore pulsante, sed facinoris minime conscius* || **241** Quid uiperas H Quid vip- H[1] Vituperas (*prima syllaba producta*) *Baehrens* quid superat '*scil. mater*' *Vollmer* (*at non est alterius Perdicae, dum temptat Perdicam ab incesto matris amore avertere, matrem puellis matronisque praestantem interim iactare*) *fortasse* aequiperas *cum* mutetur *conpensatur* | sed H et *Barbasz* | vim H ut his *Vollmer* ut hic *Baehrens* uti *Barbasz* vin (= *visne*) *et signum interr. post* formae *Maehly* | mutetur] -entur (-ur *compend.* H) H[1] | *post* formae *parenthesin* (*242–243*) *indicavit Vollmer* || **243** gratae *Nolte* grato H || **244** fatusque *acc. voluit Vollmer* | coercet H -cens *Baehrens* || **245** detorsit fessos *Rossberg* Retorsit defessos H torsit defessos *Baehrens*[1] || **248** nec *Mariotti* Ac H A H[1] tu *Baehrens edd.* ah *Barbasz* | nisi das] nitidas H | animos] -mus (-us *compend.*) H -mis H[1] || **249** quae mihi (*vel* quae tu) *Mariotti coll. 213* Iussisti H *ut glossema secl. iam Rohde*, robora *coniciens* sed quae *Hunt*[3] at quod *Riese* tu si *Ellis* vim si *Maehly* iusti *Walter* | musam H *corr. Baehrens*

250 Primus languentes pallor perfuderat artus,
tempora demersis intus cecidere latebris
et graciles cecidere modo per acumina nares,
concava luminibus macies circumdata sedit
longaque testantur ieiunia viscera victus,
255 arida nudati distendunt brachia nervi,
ordine digestae consumpto tegmine costae
produnt quidquid homo est et quod celare sepulchris
mors secreta solet: satis est tibi, saeve Cupido?
fol. 25ᵛ materies nullast, atrox ubi flamma moretur.
260 denique defessos artus ac membra calore
molitur gestare ⟨diu⟩ victusque virorum
sternitur infelix per tota cubilia fusus
miratusque suos artus haec verba remisit:
'quid dicis, Paphie? retulisti nempe triumphum:
265 ad tantam maciem deducimur. haec tibi virtus,
si dea mortalem propriis superaveris armis?
cerne, precor, quid agas: flammis absumis et ossa,
quae semper servata rogis. miserere roganti,
alma Venus! nosti quae sint tormenta caloris

250 '*vix* primus' *Vollmer* (*coll. 260* denique), *at* primus *legendum puto* (*cf. 252* modo) primis **H** *adverbialiter intell. Altamura* tristis *Baehrens Riese* turpis *Hunt*[3] *dubit.* || **252** graciles *Vollmer* -li **H** *Eußner* | cecidere **H** cessere (*dat.* gracili . . . modo *coniunctum*) *Maehly* | modo *his structuris simul inservire videtur: nam* modo (*in secundo tantum membro positum*) *cum 251 et 252 inter se respondentes iungit, tum seriem plurium membrorum a 250 incipientem, in qua usum temporalem particulae* modo *i. 'postmodo'* (*cf. Housman ad Manil. 1, 871 c. addend.; 898*) *et tempora recentiora* (*251 et 252* cecidere) *tempori superiori* (*250* perfuderat) *opposita dilucide illustrant* || **254** ieiunia **H** -nam (*scil.* famem) *Morelli* | victus *ego* famem (-men **H**) **H**[1] *pro glossa* (*cf. Gloss. IV 91, 4 famis, ieiunia*) *una cum Eußner habens* vesca *coni. idem Eußner* macra *Vollmer* dura *Shackl.* fame *Hiller* || **256** digestae] -ta **H** || **257** ⁊ (= et) **H** *et* **H**[1] vel (*nihil in adpar.*) *Baehrens* || **258** sufficit **H** *pro glossa habuit Baehrens, unde* satis est *legendum puto* satis id *coni. Baehrens* sat erit *Vollmer* satis ut *Maehly* || **259** materies nullast *ego* Materiā̃ (-lam **H**[1]) nlla sit **H** materiae (*Baehrens*[1] *in adpar.*) iam non sit *Maehly* materiast (-ria est *scribunt plerique*) iam nulla *Baehrens edd., at notandumst: primum nom.* materies (*praevalet apud poetas*) *et* -ia *in codd. saepe variant* (*cf. Th. l. L. VIII 448, 38*), *deinde* nlla sit *pro* nullast *et in v. 271 legitur* || **261** *v. ex editorum doctorumque sententia foede corruptus* | Molitur **H** mollitur (-tus *falso tribuit Vollmer*) *Baehrens* molitus *Vollmer in adpar.* | diu *add. ego* nequit *Baehrens* negat *Ellis* -ans *Barbasz* | victusqȝ (*et* -us *compend.*) virorum **H** victumque ciborum *Baehrens, unde* gustare *pro* gestare *Rossberg*[1] victusque fatiscit *opinatur Vollmer* v. furore *Barbasz* v. vigorem *Walter sed* virorum *ex adi.* infelix *v. sequentis pendere recte put. Morelli* (*cf. 170*) || **262** sternitur *Mariotti* Siluitur **H** solvitur *Baehrens* volvitur *Nolte* || **268** roganti **H** *def. Vollmer Hunt* (*103 sq.*) *et ego coll. Löfstedt I*[2] *202 sq.* -tis *Baehrens Riese*

270 et quid possit amor; nam mater Amoris amasti.
hunc finem, Perdica, vides? nam spes puto nullast.
quod superest, moriamur, ⟨Amor⟩. letumne bibamus?
cur, miserande, petis frustra potare venena?
iam fauces clausere viam dirosque recusant
275 in mortem latices. ferro resecemus amorem?
o demens! †gladio† quibus armis quove vigore?
haec manus, ecce, valet librare in vulnera mortem?
praecipitem iactare libet? fors poena placebit,
sed vereor ne forte leve et sine pondere corpus
280 vento gestatum rursum servetur Amori.
stringamus laqueum? sic finis detur amanti?
quid turbaris, Amor? puto, vincimus! omnia leti
praedixi tormenta mei, nec te pavor ullus
terruit: et laqueum metuis? mihi redde! †tenebris†
285 iam scio quid fugias: ne te mea vincula perdant!
da laqueum collo! vel sic cum corpore nostro
inclusus morieris, Amor. solacia fati,
hoc tandem, Fortuna, mihi concede precanti,
ut tumulo scriptum per saecula longa legatur:
290 HIC PERDICA IACET SECVMQVE CVPIDO PEREMPTVS.'

271 Hunc **H** nunc *Baehrens* | nullast (-la est *plerique*) *Baehrens* nl̄la sit **H** || **272** quod *Baehrens* Quid **H** | Amor *suppl. Baehrens* ait *maluit Riese* | letumne *Baehrens* laetūq; **H** *copulam* -que *def. Rossberg, putans vero Perdicam et in v. 275, 278, 281 singillatim varia mortis genera sine ulla dubitatione sibi statuere* || **273** potare] portare **H** || **275** resecemus *Baehrens dubit., Vollmer* reseramus (-us *compend.*) **H** -remus *Baehrens in textu* || **276** O demens gladio **H** quo d. g. *Maehly* gladio *ut glossema secl. Shackl.* (*cui consentio*), *totum hemistichium sic legendum putans:* quid facis (*vel* quid struis), o (a *Hunt*[6]) demens o demens, quid agis *dubit. coni. Courtney* gladio *addito exclam. signo retineas, si* armis *ab 'armus' ductum putes* (*at cf. Verg. Aen. 9, 399*) || **277** haec *Baehrens* Quae **H** *serv. Vollmer cum signo interr. post* ecce | in vulnera = *per v.* (*cf. Verg. Aen. 9, 401*) | mortē **H** *recte* -tis *Baehrens, qui* gladium *subaudiendum opinatur* || **281** detur *Rohde* de cura **H** | amāti **H** amandi *Rohde* || **282** vincimus (-us *compend.*) **H** vic- *Baehrens* | leti] liti **H** || **284** mihi redde tenebris **H** *dist. ego* (tenebris *cruce insignivi secutus Vollmer Mariotti*[1]) mihi? redde tenebris *Riese* mihi; cede t. *Rohde* me redde t. *Baehrens* mihi redde tenebras *Ellis* *an* tenebris *e glossa* (*cuius in vicem* tacesne? *vel simile quid velim*) *supra 285* pdant *scripta?* || **285** perdant *Baehrens et alii* pdant **H** *servandum put. Rohde, Riese et Mariotti*[1] || **286** vel *pro 'et' intell. Vollmer*[1], *at 'saltem' intellige coll. Hofmann 502* | siccū **H** sic tu *Rossberg* sicco *Baehrens* || **287** *post* Amor *una cum Baehrens et Riese graviter dist. Mariotti coll. Lucan. 9, 878–879* | *post* fati *leviter distinguendum, ne 288* hoc *amoveas, susp. idem* || **288** haec *Baehrens Riese* | tandem **H** *def. Vollmer* tantum *Baehrens in adpar., Riese* || **289** legatur] legetur **H**

METRICA ET PROSODIACA

Synaloepha: excipiuntur vocales breves et syllabae in *-m* exeuntes nec non *es*, *est*: 6, 14, 17, 23, 41, 44, 46, 47 *Antiopam* ⟨*et*⟩, 50, 52 (bis in v.), 66, 90, 91 *materna et* (*-nae* H), 92, 93, 106 *maesta* ⟨*est*⟩, 120, 136, 142 *atque* (*adqʒ* H) *abdita*, 145 *vena* ⟨*est*⟩, 147 *cubilia et a.* (*c. patri* H), 180, 182, 191 *Perdica umquam* (aliter H, cf. adpar.), 196, 249, 257, 277, 279 (enclitica *que* eliditur 7ies: 7, 16, 43, 78, 135, 139, 248); nota clausulas: 93 *forma secuta est*, 120 *aut Venus in te est*, 147 *cubilia et atri*

vocales longae absumuntur: 18 *redeunti* (*-te* H) *ad*, 95 *insano obstipuit*, 231 *Chione* (*coigne* H) ⟨*haec*⟩

verbo praecedenti absorbentur monosyllaba haec: *in* 6, 248, 277; *ad* 18; *e* 43; *haec* 231; *hŏc* 46; *et* 47, 91, 147, 279

Monosyllaba in fine versus (subiuncta monosyllabis): 2 *nec fons*, 120 *in te est*; **polysyllab.**: 229 *Laodamia* (*laud-* H)

Aphaeresis: 259 *nullast* (*nulla sit* H); in clausulis: 47 *sagittast* (*sagittas* H), 271 *nullast* (*nulla sit* H)

Hiatus post interi.: 96 *heu* (*sed* H) *ego*, at cf. Mueller De re metr.^{2} 369; in caesura ante *h* initialem: 229 *Andromeda hic*

Synizesis s. contractio: nomina propria: 4 *Tere͡us* (*ethercus* H).
i consona: 79 *Castali͡am* H (cf. adpar.)
123 *de͡inde*; 132 *clari͡or*, item 227 [*clari͡or*]
perf.: 175 *abit* (*habet* H), cf. Mueller 507 sq.

Syncope: 230 *ditior*; praeterit. verb.: 249 *mandasti*, 270 *amasti*

SYLLABARVM MENSVRA

ātrox: 259
Cupidŏ: 200, 290; *duŏ* (nom. neutr.): 198; *narrabŏ* et *ibŏ*: 122; *nesciŏ*: 37, *conmendŏ*: 118, *sciŏ*: 285
at *hebeō*: 174; adv. *modō*: 252
pron. *hīc* (de mensura apud dactylicos cf. Mueller 425): 174
mihĭ: 1, 249 (cf. adpar.), 284, *tibĭ*: 5 (*vbi* H), 74, 216, 217 ⟨*tibĭ*⟩, 258, 265; at *mihī*: 288, *tibī*: 19, 48, 97, 104, 118; *ubĭ*: 259
ō: 68, 210, 237, 246, 276
sācr- (adi.) semper
tenĕbris: 190; at *latēbris*: 251, 284 †*tenēbris*
pharĕtram: 42, *pharĕtras*: 194
volŭcri: 55

nota: 264 *retulisti*; 138 *honos* metro non postulante; *u* coalescit cum praecedenti *g* (Mueller 308): 151 *urguebat*, 169 *urguet* (*arguit* H); perf. finales 8ies *-ere*, nusquam *-erunt*

vocalis finalis nusquam producitur non modo in thesi sed ne in arsi quidem ante duas consonas vocabuli succedentis.

VITIA PROSODIACA (praeter quae librario tribuenda videntur)

imperandi *-a* correpta: 7 *muta* (licet sequatur *pr-*), 180 *indica,* 238 *certa* (*-tas* H); at 286 *dā*
dativ. gerund. correpT.: 121 *miserandŏ* succedente muta c. liq. (cf. 7); contra abl. ger. 'pro particip. praesentis et idem quod *miserendo*' Mueller 417 (at 239 *quaerendō* abl.)
prior porrecta: 107 *daturus* prob. Mueller 433
syllabae productae (in arsi): 21 *rēgreditur*; 91 *quōque* (*quaeq*ȝ H), item 109 *quōque* (cf. Mueller 382), 6ies *quŏque* (cf. Vollmer MGH auct. antiq. XIV 1, 399)
164 *iaculatā* (in thesi) produci put. Morelli, at abl. cum subst. *saepe* coniunct. Vollmer
223 *vēnire* pro *vĕ-* respuendum

Brevis syllaba (saepius clausa) pro longa in caesura vel in arsi: 125 *erit adgress-*; ante *h* (cf. Vollmer MGH XIV 1, 442): 229 *Andromedá hic*; 31 *notá per,* 121 *precór et,* 201 *vocis exordia*; 97 *erát aut.*

ADDENDVM

eadem verba vel similia in finibus versuum inter se propinquorum occurrentia: ut 8 *mater* . . . 10 *matres* (*-rum* H), 45 *amore* . . . 46 *amavit* . . . 48 *amorem* (280 *Amori* . . . 281 *amanti*), 47 *sagittast* . . . 49 *sagittae,* 58 *calebat* (*cel-* H) . . . 61 *calore,* 64 *recentes* (*rege-* H) . . . 66 *rigentes,* 107 et 111 *amori,* 112 et 115 *Cupido,* 181 *marito* . . . 183 *mariti,* 237 *forma* . . . 241 *formae*

totus versus 227 e v. 132 repetitus, sed expungendus.

INDEX VERBORVM

Versus numerum stellula insignivi quotienscumque adparatus inspiciendus (eundem stellula non insignivi quando corrupta codicis lectio, iam inde a Baehrens procul dubio emendata, tantum in Praef. memoratur). quae in textu tam foede corrupta, ut nihil significent, omisi.

Laurentius Bonincontrius Miniatensis

De rebus naturalibus et divinis
Zwei Lehrgedichte an Lorenzo de' Medici und Ferdinand von Aragonien

Von Stephan Heilen

1999. 679 Seiten. Geb. DM 218,–/ÖS 1.591,–/SFr. 194,–.
ISBN 3-598-77678-0 (Beiträge zur Altertumskunde 129)

Der Humanist Lorenzo Bonincontri da San Miniato (1410–ca. 1491) führte, in jungen Jahren verbannt, ein bewegtes Leben im Dienste verschiedener Fürsten. Nach langen Jahren als Offizier und Prinzenerzieher in Neapel lehrte er, inzwischen begnadigt und eng befreundet mit Marsilio Ficino, Giovanni Pontano u. a., als Professor an den Universitäten von Florenz und Rom. Aus seinem umfangreichen Werk (Dichtungen, Kommentare, Biographien, Historiographie, Traktate, Prognosen etc.) werden hier die beiden gleichnamigen Lehrgedichte *De rebus naturalibus et divinis* (um 1470), für die Bonincontri 1484 in Rom zum zweiten *poeta laureatus* der Neuzeit gekürt wurde, erstmals in Form einer kritischen Edition zugänglich gemacht. Sie umfassen je drei Bücher und behandeln, inspiriert vor allem durch Lukrez und Manilius, ein weites Themenspektrum: Physik und Kosmologie, Astronomie und Astrologie, Philosophie und Theologie, Medizin, Humoralpathologie und Diätetik, Biologie und Psychologie, Geographie, Geschichte, Meteorologie etc. Die Einleitung bietet ausführliche Beschreibungen aller Textzeugen und eine Analyse der Textgenese; die eigentliche Edition bietet den Text mit drei Apparaten (Textkritik, Testimonien, Similien) und umfangreichem Scholienmaterial.



K · G · Saur München · Leipzig

Moribus antiquis res stat Romana

Römische Werte und römische Literatur im 3. und 2. Jh. v. Chr.

Von Maximilian Braun, Andreas Haltenhoff, Fritz-Heiner Mutschler

2000. 376 Seiten und 12 Seiten Tafelanhang. 15,5 × 23,5 cm
Geb. DM 158,–/ÖS 1.153,–/SFr. 142,–.
ISBN 3-598-77683-7 (Beiträge zur Altertumskunde 134)

Das bekannte Enniuswort, daß auf „den alten Sitten und Männern die römische Sache ruhe", akzentuiert treffend die große Bedeutung, die der *mos maiorum* als Inbegriff von Wertvorstellungen, Leitbildern und Reglements, welche als verpflichtendes Erbe der Vorväter aufgefaßt wurden, in der römischen Gesellschaft besaß. Es überrascht nicht, daß dieser normative Komplex als Ganzes oder in einzelnen Teilen schon durch die frühe römische Literatur immer wieder thematisiert und eingeprägt wird. Wie dies geschieht, untersuchen die Beiträge dieses Bandes, der aus der Arbeit des Sonderforschungsbereiches „Institutionalität und Geschichtlichkeit" an der Technischen Universität Dresden hervorgegangen ist. Neben Aufsätzen zu den verschiedenen literarischen Kommunikationsformen, wie Inschriften, Epos, Geschichtsschreibung, Tragödie, Komödie und Satire, treten Abhandlungen über den *mos maiorum* als Mittel der Selbstdefinition, das Wesen der römischen Werte oder das Verhältnis von *ius* und *mos* in der Rechtspraxis. Auch die Repräsentation römischer Wertvorstellungen in den archäologischen Zeugnissen wird berücksichtigt.



K · G · Saur München · Leipzig